

18a. Über die Entgegennahme der Rechnungen.

Forma für die Auditores curie vom 3. April 1281;
RA. n. 41 (Barolus I 1281 A) fol. 121 b.

26

1281.

am Rande: Forma rationum.

scriptum est nobili viro Lodovico de Mondibus etc. [capitaneus generali]

Cum nossemus quod provenerit celsitudo, ut rationes nostrorum
officiorum per auditores curie nostre Neapoli commorantes re-
cipiantur et audiantur et in quarum receptione subscriptus
modus et forma per eos tenaciter observetur: videlicet quod recep-
tis rationibus ipsis predicti auditores liquida veritatem eli-
gant et assumant ex eis et statim residuum ipsum sive
in pecunia aut virtualibus seu quacunque alia specie
consistens tibi pro parte curie nostre referant, ut ad ipsius
actionem et recollectionem per te efficaciter procedatur, et
quod in eis dubia et defectus, pene etiam eisdem officia-
libus nostris tam per mandata nostra, quam quorumcum-
que aliorum officiorum pro parte curie nostre impo-
sitae, et que in rationibus ipsis inveniantur, secundum ritum
et formam rationum ipsarum in marginibus quatuor-
decim officiorum eorum notentur nec ad ipsorum decisio-
nem aliquatenus auditores ipsi procedant, cum ipsorum om-
nium decisionem et determinationem beneplacito nostro
et provisioni^{ioni} magistrorum rationabilium aique curie nostre
in fidei redditu nostro in regnum penitus reservemus,
fideliter tunc precipimus, quatenus in rationibus ipsis
recipiendis et audiendis predictam formam et modum
per auditores ipsos usque ad predictum nostrum reddi-
tum facias observari. Tu vero predicta veritatem liquida

Ad Regem: quantumcumque.